Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& modesti spi qui est in conspectu dei locuples. Sic
enim aliquando & sce mulieres sperantes in do. or-
nabant se subiecte ppriis uiris suis. sic sara obediebat
abrahe dnm eum uocans; cui estis et uos filie benefa-
cientes. & non timentes ullam perturbationem.
Viri similiter cohabitantes secdm scientiam quasi infir-
miori uasculo muliebri impertientes honorem tamquam
coheredib; gratie uite. ut non impediant orationes uras.
Infine autem omnes unanimes in oratione estote. compatien-
tes. fraternitatis amatores. misericordes. modesti hu-
miles. non reddentes malum pro malo uel maledictum pro ma-
ledicto. sed econtrario benedicentes. quia et in hoc uo-
cati estis. ut benedictionem hereditate possideatis.
Qui enim uult uitam diligere & uidere dies bonos. co-
hibeat linguam suam a malo. & labia eius ne lo-
quant dolum. declinet autem a malo & faciat bonum.
inquirat pacem & sequatur eam. Quia oculi dni sup
iustos. & aures eius in preces eorum. Vultus autem dni. sup
facientes mala. Et quis est qui uobis noceat. si boni emu-
latores fueritis. Sed et si quid patimini propter iusticiam.
beati. Dnm autem xpm sanctificate in cordib; uris. parati
sep ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea
que in uobis est spes. sed cum modestia & timore conscien-
tiam habentes bonam. ut in eo quod detrahunt de uobis tamquam
de malefactorib; confundantur. qui calumniantur uram bo-
nam in xpo conuersationem.
Melius est enim benefacientes si uelit uoluntas dei pati, quam qui male faciendo.
semel pro peccatis nris mortuus est. iustus pro iustis ut
nos offerret deo. mortificatus quidem carne uiuificatus
autem spiritu. In quo et his qui in carcere erant spiritu

1 more autem eorum
2 timueritis ut
3 conturbemini